

C. CORNELII TACITI

ferocem, nullius tamen flagitii compertum. At hercule Germanicum Druso ortum octo apud Rhenum legionibus imposuit, adscirque per adoptionem à Tyberio iussit; ^a quanquam esset in domo Tyberii filius iuuenis, sed quo^b pluribus munimentis insisteret. Bellum ea tempestate nullum, nisi aduersus Germanos supererat, ^c abolenda magis infamia, ob amissum cum Quintilio Varo exercitum, quām cupidine proferendi imperii, aut dignum ob præmium. Domi res tranquilla, ^d eadem magistratum vocabula. Iuniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella ciuium nati, quotusquisque reliquus, qui remp. vidisset? Igitur verso ciuitatis statu, nihil vñquam prisci, & ^e integri moris: omnīs exuta ^f æqualitate, ^g iussa principis aspectare, nulla in praesens fortidine, dum Augustus ætate validus, ^h sequit, & ⁱ domum, & pacem sustentauit. Postquam prouecta iam senectus agro & corpore fatigabatur, aderatque finis, & spes nouæ, pauci ^j bona libertatis incassum dis-

¹ Affirmat Vef
pallianus lib. 4.
histor. Sibi pat-
tem, dominum
que esse fore.

² Sic lib. 4.
histor. Vim Ro-
manam, pacif-
que bona dif-
fusa.

OBSERVATIONES.

a Et quibus est virile sexus, adoptant.

b Non legiones, non clusses, vt dilo loco Tacit. ait, perinde sunt firma imperij munimenta, quām numerus liberorum ea re, danda omnino est opera ei, qui perpetuitati imperij sui optimè propectum esse cupit, vt plures liberos habeat, quō pluribus munimentis insistat. Satis constat plures successores maiori mole euerit, quām rūnum. Ideo si plures numerantur, nemo, opinor, dubitat, quin praux multorum spes cohibeantur. Sic Tacit. lib. xij. Annal. de Pallante loquens: Stimulabat, inquit, Claudiū consuleret reip. Britannici pueritiam robece circumdaret. sic apud Diuum Augustum, quanquam nepotibus subnixum, viguisse priuignos. à Tiberio, super propriam stirpem Germanicum assūptum. se quoque accingeret iuueni [Neroni] partem curarum capessituro.

c Non semper bella suscipiuntur proferendi imperij gratia, aut dignum ob præmium, i. quod operæ pretium sit ea sibi, sed studio abolenda infamie, que causa iuñissima est. Et grauissima. Infamia autem censenda est, si cladem accipias ab eo, qui nec fama, nec opibus, neque copiis tecum comparari potest.

d In novo principatu prestat manere vetera magistratum vocabula, quām si mutentur. siquidem nouus princeps id agere debet, vt veteris liberæ reip. status immutetur, species autem ipsa reip. maneat. ne quid in ea immutatum esse merito quicquam queri possit.

e Multa in penitibus principum auaræ, ambitione, crudeliter, libidinosè sunt. Et illinc ad exteris manant, non igitur mirum est, integrros, & antiquos mores in libera potius repub. retineri, quām sub principe.

f Republika is proprie vniuersorum status dicitur, in quo seruatæ æqualitas, hoc est, ubi ex quo iure vinitur. hanc. Arift. 1. Politic. appellar è λειτόπον καὶ λειτόπολι.

g Principatus, sive monarchia, is proprie status dicitur, in quo, omni exuta æqualitate, singuli iussa unius principis aspectant.

h Nihil omnino princeps agere debet, quod non ad hæc tria referatur: nempe, vt se, domum, & pacem sustenter. se quidem; hoc est, ea omnia, que à sua persona separari nequeunt; cuiusmodi est honor, laus, fama, immortalitas; ne his adiçiam externa & fortuita. Domum, quam potentia, & opibus ita firmare (quantum humano consilio effici potest) debet, vt ilia perpetuo regnatrix sit. Pacem, quia si is, qui recens remp. quandam liberam occupauit, pacem (quo bono nullum magis homines post ingentia bella admirantur) populo præstare pergit, is tanquam, quanti vult & effimat, & vendit, nempe, regno, & dominatu.

i Libertate semel amissa, frustra de illius bonis differitur.